

DE VINIS ARTIFICIALIBUS, Sectio VI.

VINA artifi- cialia	Caput ———	Vinum è betonica, euphragia, Vinum rorifmarinatum, flochadites, Vinum fabiatum, scniculatum, Vinum ad memoriam & oblivionem, &c.
	Cor ———	Vinum borraginatum, Vinum melifratum, buglossatum, Vinum saccharatum, Vinum Hippocraticum, Nectar, &c.
	Prima: hoc est, calefa- cientia	Thoracem ——— Vinum hyssopites, è marrubio, Vinum enulatum, ad asthma, Vinum passulatum, Hippocraticum, &c.
	Ventriculum	Vinum absinthite, Vinum cerae nigr. aceto, Vinum raffatitum, Vinum Hippocraticum, Claretum, Nectar, anisatum, &c.
	Alterantia qualitate	Hepar & Lienem ——— Vinum chamadrytes, Vinum samaricis, &c.
	Secunda: hoc est,	Reaes & vesicam ——— Vinum alkengi, Vinum salviatum, &c.
	Astringentia	Vinum cydonites, ex pyri, Vioum ananchinum, ex punice, Vinum ro'aceum, myrtites, Vinum palmeum, Vinum è pruni, sylvestribus.
	Sudorem provocantia	— Vinum guajacinum.
	Venenis resistentia	Claretum, Vinum zedoaricum.
	Purgantia humores	Pituitam ——— Vinum sellimum, Acetum sellinum, Claretum laxativum, aliud. Bilem flavam ——— Vinum scammonita. Bilem atram ——— Vinum è veratri nigro. Simplices ——— Vinum ebulatum, Vinum ex thymella, Vinum ex chamaela, Vinum Muralti, Vinum adhydropem, &c. Mixtos ——— Vinum Hippocraticum laxativum, Vinum guajacinum purgans, Vinum purgans nostrum.

DE VINIS CALE-
facientibus caput.*Vinum è beronica.*

Herbam feminæ matuò prægnantem, cum suis ramulis minor pondo, coniugis duobus vini macerant, & post septimum mensum traçfundunt. * Ad multa interancorum vita, ut frutex ipse pollet *Dioecrides*.

Vinum euphragie.

R. Euphragie quantum satis est. Ponatur in dolio multi pleno, & fiat vinum euphragiatum. * Huius alii oculi serum rejuvenescunt, & iuficit impedimentum eorum, & defectum visus in quounque homine de quaenque aetate. *Arnoldus*.

Vinum rosmarinatum.

R. Rosmarin quantum voles. Pone in dolio, superinfundendo mustum crudum five coctum & deliquatum, & in vinaria cella conserva. * Utile est in omnibus ægritudinibus frigidis. Confortat cerebrum, cor & nervos: appetitum rectificat: consumit phlegma: confortat dentes & gingivæ: cancrum ex eo ideo lotum sanat: phthisicis & hecticis prodest. item quotidiana, quartana, lethargo, paralysi & tremori mirifice confortat: juventem conservat, & faciem juvenilem reddit, si cum colaveretur. *Arnoldus*.

Vinum stachaditis.

Conguis sex stachadis minima addere oportet. * Crassitatem, inflationes, laterum nervorumq; cruciatus, & perficições discutit: comitatiibus commode datur cum pyrethro & sagapeno. *Dioecrides*.

Vinum salviatum.

Salviatum vinum diversum modo faciūt. Aliqui enim suspendunt fasciculum salviae in vase: aliqui coquunt. * Quocunque modorum fiat, ita ut nec corruptum, nec alteratum, sed in sua permanens bonitate, reperitur mirabilis ejus usus in omni rei collitione gingivarum, & dolore dentium, & cōmitione eorum. Nervosa membra roboret: laxa rectificat, ut paralytica: epilepsia confortat: stomachum, matrem, renes & vesicam confortat. *Arnoldus*.

Vinum fœniculatum.

Fœniculatum vinum propriæ fit ex semine ejus. * Valet contra caliginem oculorum: excitat Venerem: hydropeum solvit, & Elephantiam: obviat venenis: multiplicat lac & sperma: tussi medetur: lateris dolores sedat, & menstrua moveat. *Arnoldus*.

Vinum ad memoriam & oblivionem.

R. Zingiberis, Piperis longi,

Galangæ ana 3*lb.*

Caryophyllorum, Cubebarum ana 2*lb.*

Nucis Indicæ 3*ij. lb.*

Fiat pulvis, qui ligetur lente in sacculo, & ponatur vini boni bullientis 1*lb* iv. & cooperatur.

Ane respiret, & permittatur clarificari: & cùm opus est, assidetur: nec sacculus de vino removatur. *Arnoldus*.

DE VINIS CALEFA-
cientibus cor.*Vinum borraginatum.*

Vinum borraginatum & melissatum, cordia-
lia sunt vina. * Valens propriæ contra cardiacam,
maniam, melancholiam & tremorem cordi;
mundificat sanguinem: malas auferunt suspi-
ciones utiliaq; tunis in omni specie corruptionis
& scabie & leprosæ inducunt legitiam, & ventrem
ad lubricitatem inclinant. Et hunc hoc modo. la-
tib; ipsius ponantur multi 1*lb* xiv. & videntur do-
nec residant & clarescant. *Arnoldus*.

Vinum buglossatum.

R. Rad. Buglossæ mundatarum quantum satis est. Macerentur in multo, vel vino, donec vinum sa-
porem & virtutem ejus sumat, & assidetur bibere. * Humores melancholicos adustos per uni-
vani educti: cerebrum rectificat: dementes &
fatuos sanat, & ad fonsum & discretionem re-
ducit. *Arnoldus*.

Vinum saccharatum.

R. Vini optimi vel Cretici 1*lb* ij.
Sacchari albissimi 1*lb* ii.
Coquuntur ad lentum ignem more syrapi, fer-
va & intere cum duabus partibus aquæ, vel ali-
tor, ut usus postulabit. * Senibus, frigidis & de-
bilibus convenit, & quibus humor nativus & cal-
or naturalis imminimuntur, nutrit eum, & san-
guinem generat. *Arnoldus*.

Vinum Hippocraticum.

R. Vini æsteri odorati sextarium,
Sacchari albi 1*lb* 3*lb.*
Cinnamomi Zingiberis ana 2*lb.*
Galangæ 3*lb.*
Misce & culi secundum artem.
Sunt, qui cum lacte amygdilarum dulcium clari-
ficant. * Valet ad cardiacos *Alexand. Benthiff.*
Infusum pro vino Hippocratico.

R. Cinnamomi 2*lb* 3*lb.*
Zingiberis albi 3*lb*.
Caryophylli. Nuci mosechar. ana 2*lb.*
Cardamomi 3*lb.*
Piperis 2*lb.*
Pulveriscentur crassiusculæ, ac macerentur in se-
milibus Aquæ vita, & probè obturato vase lo-
to ex farina & aqua, fiat infusio dies sex: ac in cel-
la vinaria interim ponatur, & quotidie bis con-
cutiatur, ut se motu res variae mixte feriant. Get-
tule aliquot hujus liquoris remixata cyatho vini.
Hippocraticum vinum illicet præbent. Hanc in-
fusionem Chimici, Cœlum philosophorum no-
minant. *Heurnius*.

Nectar.
R. Cinnamomi 2*lb* 3*lb.*
Zingiberis 3*lb*.
Cardamomi 3*lb.*

Folii, Galange ana 3 j.
Spicæ nardi, Carvi ana 3 fl.
Piperis longi 5 iv.
Caryophyllorum, Nucis moschatae,
Macis, Granorum paradisi ana 3 ij.
Mellis despumatae pintam.
Vini boni lorum Burgense.
Et si potes, loco mellis, pose sacchari libram.
* Valet ad affectus frigidos: utilisq; senibus, ac
illis qui imbecilliores iunt ad Venerem. Con-
venit phlegmaticis & melancholicis mitifice. B
Trifolium solvit, letitiam confert. Splenis & he-
patis obstrunctiones aperit. Hydropon curat: &
apidem de renibus potenter educt, si addatur
parum laxifragie & lapidis lyncis. *Euonymus*.

DE VINIS CALEFA- cientibus thoracem.

Vinum hyssopites.

Vinum hyssopi virtutem habet diureticā dis-
solvendi, consumendi, & attahendi. Et vinum
senum: * valet in tuli humida, & epilepsia, pul-
mones & matricem sanat, & aperit vias vocales,
facitq; vocem claram: asthamati confert. *Arnoldus*.

Vinum è marrubio.

Marrubii adulta folia ruditio, & sextarios o-
cto in multi metretam demittit: & reliqua con-
similiter facito. * Convenient pectoris vitis, & o-
mnibus, quibus marrubium. *Dioscorides*.

Vinum enulatum.

Inule radices tessulatae incisae in olla futili
nova vitreata coquuntur, in multi sextariis duobus, aut amplius, donec partes aliquo confun-
mantur. Deinde ipsius optimi dulcis sextarios
vigintiquatuor, aut amplius, in cacabo deco-
ques donec dulcescat: postea inule radices una
misto, in quo deferuerunt, assundes, & cum ad-
huc aliquantulum simili bullierint, depones ac
servabis. Alter in multo dulci despumato, & ad
tertiae partis consuptionem decocto, cum jam
fere latit coctum fuerit, inule radices injicies:
(pro cogitis vigintiquinq; vel circiter, unias no-
vem) & cum modice adhuc bullierit multū, de-
positum & refrigeratum serua: & inule radices
(eadem scil. colando separatas) in facculo intra
vas suspende. Debent autē radices colligi mense
Octobri, crescente Luna, aut in cuncte estate, &
ficcari in Sole. * Confert cerebro, capiti, nervis,
tusculi medetur: ad affectus thoracis frigidos va-
let: ventriculum roborat: concoctionem juvat:
menstrua & urinam mover. *Euonymus*.

Vinum ad asthma.

Vinum ia quod transfixi virtus anisi, scenicali,
& liquoris, ita ut liquiritia in duplo aliorum
sit, * valet contra ventositatem, reucedinem, tuf-
sum & asthma. *Arnoldus*.

Vinum passulatum.

Vinum passulatum fit passulus in vino vel mu-
sto decoctis, donec dulcescat, quod mox in va-
se conditur: & passulus coactus in idem congi-

A ciuntur. subfundunt autem illæ in fæces. *Arnoldus*.
Vinum Hippocraticum.

R. Cinnamomi optimi 3 j.
Caryophyllorum 3 j fl.
Anisi, Fenniciana 3 j.
Glycyrrhiza 3 iii.
Macis, Cardamomi, Ircos ana 3 fl.
Sacchari albist. 3 iii.
Singula diligenter trita infundantur cum se-
quentibus:
R. Vini Malvatici 3 ix.
Aqua Borraginis 1b j.
Aqua rosace 3 j 0.
Aqua Melissæ 3 iii.
Per tres horas juxta fornacem relixa, tandem
sepius per faciem filtri colato, fiat Hippocrati-
cum vinum clarum. * Valet ad thoracis & pul-
monis virtus. *Euonymus*.

DE VINIS EXCALEFA- cientibus ventriculum.

Vinum absinthie.

Absinthium in dolio vini seu musti pleno im-
mitti debet antequam seruat, ut per eum seruo-
rem in vase his ei commisceatur, deinde
per hyemem in vase relinquiri, semper implendo
iterum vas, & quod inde exhaustum fuerit. Aliu-
diversas herbas admiscerent: ut, carduum benedi-
ctum, melissam, centaurium minus, hyssopum,
& borraginem. * Stomachio frigido prodeit, fla-
tus discutit, colicam phlegmaticam, & ex flati-
bus natam (anatoforibus osnaribus, & regio mor-
bo confert: ventriculum confirmat: vermes ne-
cat, &c. *Arnoldus*.

Vinum pro senibus, nostrum.

R. Vini optimi defecati mens. xv. Syrupi ce-
toneorum, cum melle facti, mens. ij.
Uvarum passarum 1b q.
Ponantur in dolio patvo.

Vinum cerasorum nigrorum ace- tosorum.

Allii per astarem nigra cerasa acida integra:
alii trita imponunt in vas, quartam partem re-
linquent vacuam superfulo veteri vino albo,
quod brevi rubeum colorem trahit. Solent au-
tem, cum aliiquid inde hauferint, mox iterum vas
implete. * Cor & stomachum roborat, sicut mi-
tigat, refrigerat, siccet, astringit. Potest & quovis
anno tempore ex aridis fieri. *Euonymus*.

Vinum raspatirum.

Vinum raspatirum (nostrî vocant Rypoff) id
est, lingua quadam acuta & typicitate mordens,
* provocat appetitum, villos itomachi alstringen-
do. Medetur corpori ob calorem dissipato, po-
tissimum astate, cholericis, & sanguineis utile.
Fit autem sic. Ponantur aliquæ uva acerbæ cum
maturis in tortulariis simul exprimantur. Vel,
quod melius est, reserventur uva, & conterantur
nisi cum raspatiis suis, & immittantur vase eius

musto. Contrahet autem mustum illud à succo ralpatorum illorum, & vinaceorum in uis, quæ sunt acerofæ, ponticitatem quandam & altitudinem. *Arnoldus.*

Aliud.

Nostræ racemis integræ benè maturis dolia implent, & mustum, vel vinum verus superinfundunt, & quotiescumq; vinum inde haurient, rursus impletur. * Stomachum recreat, siuim remittit. *Euonymus.*

Vinum Hippocraticum.

R. Cinnamomi electi 3 j.

Zingiberis vel Galangæ 3 j.

Non quassentur, sed iridem tenuissimè eeu laminatione confundantur, stentq; per noctem in infusione duorum sextariorum vini, & inde percoletur per manicam Hippocratis, cui insint sacchari albi 3 viij. subinde reaſſunde pectoralū. *Coloniensis.*

Aliud.

R. Cinnamomi electi 3 j.

Zingiberis albi 3 ij.

Caryophyllorum, Piperis longi,

Nucis moschatae ana obolos iv.

Benè tula cum albi sacchari selibra, in metri albi congio commisceto, ac percolabis. * Summum diffolitus stomacho remedium est. *Alexander Benedictus.*

Aliud.

R. Cinnamomi 3 j.

Zingiberis 3 j.

Galangæ,

Granorum paradisi ana 3 ij.

Caryophyllorum 3 j.

Sacchari albi 3 viij.

Vini optimi quantum sufficit.

Misce, cola, & cum lacte amygdalarum dulcium clarifica secundum artem. *Euonymus.*

Aliud.

R. Cinnamomi electi 3 i. 3 v.

Zingiberis 3 vij.

Caryophyllorum, Galangæ ana 3 j.

Macis, Nucis moschatae ana 3 ij.

Granorum paradisi, Cardamomi, Coriandri ana 3 j.

Anisi 3 j.

Sacchari 1b j.

Vini rubri mensuras 3 j.

Fiat secundum artem vinum Hippocraticum. *Joannes Langius.*

Vinum Hippocraticum aliud.

R. Cinnamomi electi 3 j.

Galangæ 3 iii.

Zingiberis 3 j.

Caryophyllorum 3 ii.

Nucis moschatae 3 j.

Sacchari 1b j.

Vini mensuram j.

Fiat vinum Hippocraticum, ut artis est. *Joannes Langius.*

Potus Hippocraticus.

R. Cinnamomi 3 j 3.

Zingiberis 3 j.

Caryophyllorum 3 j.

Cardamomi, Macis, Granorum paradisi ana 3 j.

Galangæ 3 j.

Sem. Anisi 3 j.

Vini 1b x.

Sacchari albi 1b j.

Fiat potus secundum artem. *Augustiani.*

Alius.

R. Cinnamomi electi 3 j.

Zingiberis 3 j.

Caryophyllorum 3 ij.

Granorum paradisi, Galangæ ana 3 j.

Sacchari 1b j.

Vini rubri mensuras ij.

Misce, & fiat Hippocraticum. *Euonymus.*

Claretum.

C. R. Zingiberis, Galangæ ana 3 j.

Cinnamomi 3 ij.

Caryophyllorum 3 ij.

Granorum paradisi,

Piperis longi ana 3 j.

Mellis 1b j.

Sacchari 1b ij.

Vini albi mensuras iv.

Alii cum solo melle parant, & aliquid spicæ & nucis moschatae addunt, & cum albumine ovi clarificant. *Euonymus.*

Aliud.

R. Vini albi optimi 1b iv.

Sacchari albi 3 iv.

Cinnamomi 3 j.

Coriandri preparati 3 iii.

Caryophyllorum 3 ij.

Granorum paradisi, Zingiberis albi ana 3 j.

Piperis longi 3 ij.

Zedoaria 3 j.

E. Omnia trita subtilissimè, & colata reservantur in vase stanneo. *Philippus Ulßadius.*

Aliud.

R. Zingiberis 3 ij.

Cinnamomi 3 iv.

Caryophyllorum,

Galangæ ana 3 ij.

Singula subtiliter trita, cribrataque misceantur. Deinde croci Orientalis uncia benè tritæ seorsim servabis. Claretū facturus, mellis 1b ij. ad ignem, in fistulis novo ferre facies: & cum bullire coperit, aufer ab igne, & parva mora interposita desumato. Deinde mensuras duas vini optimi accipies,

Aliud.

R. Zingiberis 3 ij.

Cinnamomi 3 iv.

Caryophyllorum,

Galangæ ana 3 ij.

De Vinis artificialibus.

cipes, & admiscebis ei de speciebus praeditis 3 ij. A & croci 3 j. aut amplius. Deinde per sacculum colabis, cuius pars superior linea sit, inferior linea per unam tertiam totius facie, aut paulo plus. Cum vinum fatis colatum fuerit, sc̄ces infundere poteris in hydromeli sive apomeli, ut vulgo paratur, ut quod reliquum viriū est, in id deponat. Hoc vino si mulier uti debeat, aut delicatus aliquis, pro melle saccharum pones. *Euonymus.*

Species pro Claretio.

R. Zingiberis 3 vij.
Cinnamomi Tb β.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Nucis moschatae ana 3 j.
Cardamomi, Melegeta ana 3 j.
Vini mens. ii.
Sacchari Tb j.
Fiat Claretum.

Alia species pro Claretio.

R. Cinnamomi electi 3 x.
Nucis moschatae 3 ij.
Zingiberis albi 3 j.
Caryophyllorum, Granorum paradisi ana 3 j.
Macis, Galangae ana 3 j.
Cardamoni, Coriandri preparati ana 3 β.
Fiat pulvis: de quo R. 3 x. ad mens. iij. β. vel iiiij. vini boni.

Alia species pro Claretio.

R. Cinnamomi electi, Zingiberis albi ana 3 ij.
Caryophyllorum, Nucis moschatae ana 3 ij.
Granorum paradysi 3 ij. alias 3 ij.
Macis, Cardamomi ana 3 β.
Galangae, Coriandri preparati ana 3 j.
Fiat pulvis.

Alia species pro Claretio.

R. Cinnamomi electi 3 vij.
Zingiberis 3 iiij.
Granorum paradysi, Caryophyllorum,
Nucis moschatae ana 3 ij.
Calami aromatici, Macis,
Cardamomi ana 3 j.
Fiat pulvis: de quo R. 3 vij.
Sacchari albi Tb β.
Vini boni Tb ij.
Per manicam Hippocratis fiat Claretum.

Alia species pro Claretio.

R. Cinnamomi electi 3 ij.
Zingiberis 3 ij.
Caryophyllorum, Galangae ana 3 j.
Granorum paradysi 3 β.
Sacchari Tb j β.
Vini mens. ij. β.
Fiat Claretum.

Alia species pro Claretio.

R. Zingiberis 3 ij.
Cinnamomi 3 j. β.
Caryophyllorum, Nucis moschatae ana 3 j.

A Granorum paradysi 3 β.
& Galangae 3 ij.
Sacchari Tb j β.
Vini opt. Tb ij β.
Milce, & fiat Claretum.

Alia species pro Claretio.

B R. Cinnamomi electi 3 ij.
Zingiberis 3 ij.
Galangae 3 j. β.
Caryophyllorum 3 ij.
Granorum paradysi 3 ij.
Nucis moschatae 3 j.
Sacchari albi Tb j β.
Vini opt. mens. iij.
Per manicam Hipp. fiat Claretum.

Claretum vel Nectar bonum.

C R. Cinnamomi Tb j.
Galangae, Zingiberis,
Cardamomi, Granorum paradysi,
Caryophyllorum, Cubebarum,
Macis ana 3 ij.
Piperis longi, nigri ana 3 β.
Spicae nardi, Nucis moschatae ana 3 ij.
Squinanthi, Croci ana 3 j.

D Tantur omnia minutissime, & miscentur. Sic habes species pro medietate onoris unius equi, id est, pro barili uno. Nectar autem sic facies: Pone vinum totum in vasis. Deinde species posse in aliquo panno lineo fatis ampio: & in barili, in quo Nectar facere volueris, pannum intromitte cum speciebus, ita quod latera panni superemineant aliquantulum supra os barilis. Postea in aliquo vase pone Tb iv. mellis, & fortiter cum vino misce, ita ut rotum fatis clarum sit. Tum vinum supra species colando infunde, & postremo viuum cum melle. Demum clauso barili species in eo relinque cum paono per biduum. Tandem aufer fortiter comprimendo: & habebis Nectar optimum. Si vero pro Principe aut praeviditis aliquo patare volueris, adde superdiis ligni alecs optimi, folii ana 3 β, molichi 3 β, & loco mellis pone saccharum minutissime tritum in mortario, deinde solutum in vino. *Euonymus.*

Aliud Nectar optimum.

E R. Cinnamomi Tb β. 3 β.
Zingiberis, Galangae,
Granorum paradysi,
Caryophyllorum, Cubebarum,
Macis, Cardamomi ana 3 ij.
Piperis longi 3 j.
Spicae nardi, Squinanthe,
Nucis moschatae ana 3 β.

F Croci ad pondus denarii Turonensis. Hęc omnia minutissime trita milce, & habebis species abunde pro loto Nectaris civitatis Burgenfis. Deinde accipe libram mellis cum pinta aqua fontana decoctam, usq; ad consumptiōnem aquæ: & refrigerandā lepone. Tunc accipe

circiter lotum boni vini, & succo cum prædictis speciebus in vas immisso, vinum percolando, infundito paulatim, mel etiam cum vini parte prius mixtum paulatim infundendo, ita ut luecus non comprimitur. Quod si preciosius facere voles, saccharum pro melle pones in vino diffolutum, similiter pondere libra, aut amplius. Percolabis autem ter vel quater, ut fortius & melius evadat vinum. Addes etiam prædictis agallochi optimi, foliis ana grana duo, & moschi aliquantulum. *Euonymus.*

Ne *Claret* aliud.

R. Cinnamomi 3 ix.
Zingiberis 3 iv.
Nucis moschatae, Piperis longi ana 3 ij.
Galangæ, Granorum paradisi, Macis,
Cubebarum,
Caryophyllorum ana 3 ij.
Spicæ nardi 3 j.

Croci 3 fl.
Sacchari 1b j. vel Mellis pintam j. quod bulleterit in pauca aqua aliud ad consumptio-
nem aquæ, bene despumati.
Misce in felsquilotum vini. *Euonymus.*

Aliud.

R. Aristolochiae rotundæ, Cinnamomi ana 3 j.
Zingiberis 3 fl.
Galangæ, Granorum paradisi, Caryophyl-
lorum,
Cubebarum, Macis, Nucis moschatae ana 3 ij.
Piperis longi 3 ij.
Spicæ nardi 3 j.
Croci 3 fl.
Sacchari 1b j.
Vini, lotum.

Quod si pro divite fuerit, adde agallochi opti-
mi grana duo, & moschi granum unum. Vel se-
cundum alios,

R. Cinnamomi electi 3 ij.
Zingiberis 3 j.
Granorum paradisi, Piperis longi ana 3 fl.
Nucis moschatae, Caryophyllorum, Macis
ana 3 ij.
Cubebarum, Cardamomi ana 3 j.
Spicæ nardi, Squianthi, Calami aromatici
ana 3 j.

Tria commisce cum 1b ij. mellis, & loto vini,
ut dictum est. *Euonymus.*

Claretum cum melle.

R. Cinnamomi 3 j.
Zingiberis, Granorum paradisi ana 3 fl.
Caryophyllorum, Cardamomi,
Nucis moschatae ana 3 ij.
Fiat pulvis : cuius R. 3 j fl.
Mellis opt. 3 xx.
Vini 1b iv.

Misce, & fiat Claretum per sacculum.

Aliud *Claretum cum melle.*

R. Zingiberis, Cinnamomi electi,
Granorum paradisi ana 3 ij.

Nucis moschatae,
Caryophyllorum ana 3 j.
Macis, Cardamomi ana 3 fl.
Coriandri preparati 3 j.
Mellis 3 x.
Vini boni 1b ij:
Misce, & fiat Claretum, ut artis est.

Altud cum saccharo.

R. Cinnamomi electi 3 vi.
Zingiberis 3 fl.
Caryophyllorum 3 iii.
Nucis moschatae 3 ij.
Macis, Cardamomi ana 3 fl.
Coriandri preparati 3 j.
Sacchari albi 1b 3 fl.
Vini opt. 1b iv.

Misce, & fiat Claretum.

Aliud cum melle & saccharo.

R. Cinnamomi electi 3 j.
Zingiberis 3 fl.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi ana 3 j.
Vini albi odoriferi 1b vij.
Sacchari 1b j.
Mellis albi despumati quart. iiij.
Misce, & fiat Claretum secundum artem.

Vinum anisatum.

Vinum de aniso * aperit appetitiones meatu-
dines & viarum interiorum : praeservat à colica, à ven-
tositate, & rectificat digestiōnē, & ruetūatio-
nem ventosam tollit ulus ejus : & propriè com-
petit mulieribus nutritiōb: quoniam aperiendō poros, & subtiliando sanguinem, atq: calefa-
ciendo multiplicat lac: & ipsum lac aquolum re-
ficit: & quandoq: maceratur, & est melius.
Tollit dolorem renūm : & ipsum quidem vinum
potest fieri cum igne, & absq: igne. *Arnoldus.*

E DE VINIS EXCALE-
facientibus hepār.

Vinum thamedrytes.

Foliorum chamedryos tufo si libra in ampho-
ram musti cojecta, linteolo raro cum quisusdat
lapillis folia involvuntur, ut degravatus pondi-
seculo fasciculus sidat: vini post quadraginta die-
s defecatum elutriatur. * Excalcit, discutit: con-
vulsus, regio morbo, vulvæ inflaciōnib: tarda-
cōœctioni, incipienti aquæ inter cutem subve-
nit. In veterascens melius redditur. *Dioscorides.*

DE VINIS EXCALE-
facientibus splenem.

Vinum tamaricū.

Corticibus tamaricis in dolio positis, ma-
stum recente dulce superintfunditur, atq: ad usum
servatur. * Sanguinem à melancholia mundat:
quartanæ, istero nigro confert: hepatis & hienis
obstructiones tollit. *Dioscorides.*

DE VINIS EXCALEFA-^A
cientibus renes & vesicam.

Vinum Alkekengi.

Vinum alkekengi eodem modo fit, ut absinthium, super iis contritis vinum colando. Pro dosi una accipies à quinq; ad decem. * Educit materiam calculosam à renibus & vesica manifeste, & urinam retentam ducit. Sunt, qui integrum halicacabí grana in musti ponant vale parvo, ut simul bulillant: & ad usum servant. *Euonymus ex Arnaldo.*

Vinum salvatum.

Salviae unciā una in multi amphorā, quod idē cum ceramio est, mittito. * Valet contra renū, vesicā & laterū dolores, refectiones sanguinis, tussim, rupta, vulsa, & suppressos menses. *Dioscorides.*

Vinum nostrum, ad calculum.

R. Rad. Ononis 3 ij.

Rusci, Asparagi, Rubia, tint. ana 3 j.

Fol. Betonicae, Fol. Saxifragae ana M. iiij.

Flor. Ononis, Flor. Saxifragae ana P. ij.

Sem. Alkekengi 3 iiij.

Sem. Urticae 3 j.

Baccarum juniperi, Gieerum rub. ana M. j.

Vini, vel musti mens. xv. vel j. s. Ohmen.

Incidenda incidentur, contundenda contundantur, & fercent simul in dolio parvo. Dosis, hau-
sus unus, stomacho jejunio.

DE VINIS ASTRIN-^D
gentibus.

Vinum cydonites.

Mala coronea exemplis seminibus, frustatim rapi modo secundatur, & duodecim minarum pondo, in musti meretā, triginta diebus macerantur: postea defecatur vinū reponitur. * Astrin-
git: prodest stomacho, dysenterie, hepaticis, re-
num vitiis, & urinæ difficultati. *Dioscorides.*

Vinum ex pyris.

Fit & è pyris perinde atq; cotoneis, vinū apy-
tes nomine, sed ita ut pyra non magnopere ma-
turefcāt. Ex filiisque etiā, melpilis, torbis, simili modo temperatur. * Omnia hæc genera acerbā-
sunt, & astringunt. Stomachō utilia sunt, atque intestinas fluxiones cohibent. *Dioscorides.*

Vinum oenanthium.

Fit è feraci vite sylvestri, quod vocatur Oenā-
thium. Siccæ flores minus duabus musti cado
macerati, post triginta dies mutantur: mox co-
lacum vinum reconditur. * Facit adversus sto-
machī imbecillitatem, cibi saltidia, coeliacos &
dysentericos. *Dioscorides.*

Vinum ex puniceis.

Fit è pusis malis maturis, succo expresso ab
acinis eorum, quibus lignosus nucleus absit, ac
decocto ad tertias, & ita reposito. * Efficax est
contra fluxiones internas, & febrim cū xlvi pro-
fluvio exortam: stomacho utile, astringit alvum,
& urinam movet. *Dioscorides.*

Vinum roseum.

Rhodites sic fit. Rosarum sic carum, tufarumq;
minam linteolo deligatam in sextarios octo mu-
sti demergito, & post tres menses defacatum vi-
num transfundens recondito. * Utile iis qui fe-
bri carent, & ad stomachi coctiones, & dolores à
cibo-porum: & contra humidæ alvos & dyse-
terias. *Dioscorides.*

Vinum myrrites.

Myrrites vinum fit, baccis nigris, que maturi-
tate excesserint, tufis, & organo exprellis. Aliqui
ad tercias coquunt. Alii baccas prius Sole torrent,
& quaternis lextaris contulatum, ternas aquæ
heminas adjiciunt, & vini veteris parem modū:
postea exprimunt, & lervant. * Magnopere ad-
stringit: stomacho utile: fluxionibus ventris ac
stomachi prodest, & contra intestinas ulceratio-
nes & profluvia: denigrat capillos. *Dioscorides.*

Vinum palmeum.

Palmulas maturas in urceolum in imo pertu-
sum, & obstrūctum picata arundine, demittito:
lino foramen sit obturatum, & quadrigenis sex-
taris termos aquæ congiis infundit. Quod si
ipsum ita dulce esse non libeat, quinq; congiis
infusisse fatus est. Post decem dies detracto ab
arundine linteo, allumito vinum crassum & dul-
ce, & reponit. Suave illud quidem, sed caput
noxiū. * Contra fluxiones, propter adstrictrorū
vim efficax: stomachicis, coeliaciis, sanguinem
expuentibus convenient. *Dioscorides.*

Vinum è pruni sylvestribus.

Vinum è pruni sylvestribus eodem modo fit,
ut cerasorum, per autumnum, ubi jam fatis mol-
lia & benē matura fuerint. * Astringit vehemen-
ter, alvi fluxiones cohibet. *Euonymus.*

DE VINIS SUDO-
rem provocantibus.

Vinum Guajacinum.

R. Ligni guajaci præstantissimi, lima in sco-
bem tenuissimam attriti Tb. iv.
Corticium guajaci Tb. ij.
Cardui benedicti Tb. j. s.
Adianti, Asplenii, Florum borraginis,
Florum buglossae ana Tb. j.
Cassiae odoratae 3 vj.
Seminis anisi 3 j.
Sacchari Tb. v.

Conjiciant omnia in cado vinario mēdo apte-
capacitatib; defusper affusis vini albi quām optimi
& ferventes, bis centum & quinquaginta, mox di-
ligenter vas oper euletur, omniaque sic macerari
triduo dimittatur. Post triduum verò hæteo perco-
lenit, asserveturq; hujuscē maceratione viuū
in alio vase ad ægrotantium potum. Si quidē bi-
bitur hoc tam in prandio quām in cena, secun-
di guajaci decocti loco: non manē, neq; vesperi,
serapī vice, quemadmodum temerē multi face-
re consueverunt. Hoc idem vinum longè etiam
melius, & majore quantitate vindemiarū tem-
pore confici potest, admixtis ligno, cortice, ex-

terisque aliis recentibus uvis albis in mustu comprebas: ibi tamdiu dimitis, quo usque mustum effervescere definit. & pellucidum clarumq; redatur: veruntamen multiplicanda sunt omissa, q; i.e. convenientia medicamenta pro uvari quantitate. * Hoc vinum non modo medetur cuique acerrimo Gallicae pestis incommodo: sed etiam diuornis articulorum, capitis, nervorum, ventriculi, jecinoris, lienisq; morbis à pituita gentis mirifice succurrit. Ne minus etiam podagra laborantibus operi fert, modo diuina admundum non fuerit exigitudo. Istaorum exhibendum est, qui pituita abundant, Vere vel Autumno, temporibus: precedentibus prius evacuationibus decentibus. *Matthiolus.*

DE VINIS RESISTENTIBUS VENENIS.

Claretum.

R. Vini optimi mensuram j.

Angelicae 3 b.

Boli Armeni 3 j.

Nu. is mobaceae 3 j.

Galanga, Piperis longi, Coriandri ana 3 b.

Zingiberis 3 j ff.

Cinnamomi 3 vi.

Sacchari Tb ff.

Milice, & fiat claretum, secundum artem. * Preservat à peste. *Euonymus.*

Vinum zedoarticum.

R. Zedoariae, Cinnamomi ana 3 b.

Galanga 3 ii.

Milice, fiat pulvis in sacculo ligandus, atq; in doilo multi cocti pleno suspendendus. *Euonymus.*

Species pro vino zedoartico, qua sufficiunt pro mensura vini, qua Omnia vulgo in Alsacia vocatur.

R. Cinnamomi 3 iii.

Caryophyllorum, Nucis molchatae,

Granorum paradyii,

Cardamomi ana 3 b.

Zedoariae 3 vi.

Cubebarum, Piperis longi ana 3 ii.

Contunde crassiusculae, milce pro sacculo. *Euonymus.*

Species pro vino zedoartico alia.

R. Cinnamomi 3 ii.

Zingiberis 3 b.

Caryophyllorum, Piperis longi,

Cardamomi, Cubebarum,

Zedoariae ana 3 i.

Galanga, Granorum paradyii ana 3 b.

Trita crassiusculae milce pro sacculo. *Euonymus.*

DE VINIS PURGANTIBUS PITUITAM.

Vinum scilliticum.

Vinum scillinum potui datum *omnem sanitatem adferit: humores enim attenuat, sed maxime pi-

A tuitam, neq; ipsum in stomacho, aut ventre, aut capite, aut jecore, aut liene, aut nervis, aut osibus collaterale permittit, neq; aliud id genus humor tenacem obstructions facient; sed omnia dissolvit, & ventrem lenit, atq; ita subducit, & urinam movet, & per ipsum caulas attenuat, excernit. Ad eo vero caput purgat, ut nares humiditate vaccent. Cominodum est podagra articulari, & comitiali morbo: deniq; omnis faintatio est author. Ex his constat: Scillam album, montanam, circiter canis ortum accipito in libra pondere, per dies decem in umbra refrigerata: deinde scilla laminas refrigeratas in vitro vas mitte, & vino albi veteris sextarios duodecim superinfunde, & suspensum vas per 40. dies habeo: postea scillam exime, & abjice. & vino ad antedicta via utere, & ejus vim percipes. Subinde ante cibum, vino 3 ij. exhibe: siu à cibo, unciam medium. Quod si ipsum potui commodum efficere velis, ut magis delectet, in ellis sextarios duos aut tres admixto. *Galanus.*

Acetum scillinum.

Salubre optimum acetum scillinum à Pythagora scribitur, quo omnes Imperatores ulli sunt. * Ab ipsis auctore fertur, quicunq; hoc utatur, longe vita fore, & ejus extrema integra usq; ad finem permanstra. Et ipse quidem Sennus Senex hujusmodi extitit: quanto enim tempore vixerit, haud ignoras. de ipso in libro traditum est, quod cū suis colinguineis hac facultatem communica-

D vit, cumq; hoc medicamento uti incipit, 50. annum natus erat, & usq; ad centesimum decimum septimum vitam produxit integer, & nulla unquam adversa valerudine tentatus. Hec sane medicamenti aucthor dixerit, quod fortasse vir philosophus erat, mentiri necivit. Nos vero viri hujus fidei periculum fecimus, ac firmam contumemus hujus medicamenti facultatem esse testimoniari. Oportet igitur sumere Scillam montanam libertate unius ponderis, & dura circumcidere,

E & mollia minutatim concidere, & aceti acerimi sextarios octo in vitro vas mittere, atque obrutare, ac per triginta dies in Canicula caloribus, ut maceretur, permittere: deinde scillum extracta exprimere. Id genus aceti parum maneforheto. Tibi autē hec eveniet, ut ne facili oris partes unquam remollecant, os ventriculi bene valebit, facile spiritum duces, vox recte habebit, oculi acutissime ceruent, aures in officio inanibunt, nullusq; flatuofus vapor in ventre unquam excitabitur, nullum viscus suspensum erit, & bene spirans, bene coloratus deges. Ad civili negotiis recte affectus, non acidum, non saluum retribabis, si aliquid aceti hujus affumeris: & jejunus ut affumas præcipio, septemq; postea stadios deambules, ita enim dissolvetur. Hoc aceto qui utitur, in viatu quamvis licentiosus eltorum omnianim cibaria conficit, & à nullo unquam offendit patietur: neq; valde impletur, sed in melius proficere videbitur. nihil supervacui in corpore residet, non flatus, non bilis, non steretus, non urina, sed omnia facilè excernit, atq; educit.

Alvus

Alvus lubrica omnino est, totiusq; corporis purgatoriorum medicamentum, etiam in oīs libis fortes inhærent. Item phthisicos ab omnibus deploratos, hoc medicamento sanitati restitutos novimus. Morbo comitali diurno efficaciter profuit, ut nisi post longa temporis intervalla, non redierit: incipientem verò ac novum perfetè discutit, neq; reverti amplius hunc affectum permittit. Ad podagras, praterea, & articulorum morbos, jecoris, lencisq; durtius vehementer facit. Et particulares quidem acetii scillini effectus hi sunt. Communes autem quam plurimi, quibus nos commoti, salutare hos medicamentum, sanitatis integratissimam causa, tibi tradidimus. Galen.

Claretum laxativum.

R. Galangæ 3 vj. Cinnamomi 3 j.
Turbiti, Eulis, Cataputiae.

Hermodactylorum ana 3 fl.
Tere, fiat claretum cum melle & saccharo. * Pituitam purgat. *Euonymus.*

Aliud pro epilepticis.

R. Radice pionis,
Seminis pionis decort. ana 3 j. b.
Cinnamomi, Macis, Galangæ,
Zingiberis, Caryophyllorum ana 3 j.
Foliorum senae 3 j. Turpeti 3 vj. vel
Rhabarbari 3 iij. vel Agarici 3 v.
Sacchari 3 vi.

Vini 3 xij. Aquæ 2 viij.
Macerata per horas 24. deinde addito saccharo
quantum facis, per filtrum sèpius colentur. *Thommas Erastus.*

Vinum purgatorium in epilepsia.

R. Absinthii, Cardui benedicti,
Verbenæ, Bétomieæ, vel Agrimonieæ,
Eupatoriæ, Asplenii, Tamarisci,
Rad. Capparorum ana M. j.
Cinnamomi, Macis, Gal. usq;
Zingiberis ana 3 j vel 3 ii.

Flo. pionis, vel rad. & sem. pionis ana 3 i. b.
Seni, citri 3 fl. Fol. tenia 3 ii.
Turpeti incisæ, Agarici ana 3 fl.
Vini veteris ment. iiiij.

Milcentur in vase diligenter clavio. Capiat a
ger alterius diebus poculum unum initio pastus.
Erastrus.

*DE VINIS PURGANTIBUS BILEM FLAVAM.**Vinum scammonites.*

Scammonite vinum sic fit: Radices scammoniæ per messe effossæ, tritæ, & linteo colligatae drachmas quinque in musti congiu mittere ad dies triginta. * Alvum purgat: bilem & pituitam extrahit. *Dioscor.*

*DE VINIS PURGANTIBUS BILEM ATRAM.**Vinum è veratro nigro.*

R. Veratri 3 xx. Junci odorati 3 xij. spicæ Sy-

A tiacæ 3 xij. cibritas, & linteolo colligatas, in septem vini Coi sextarios, diebus quadraginta macerandas indito, postmodum colato, dabitis in potu selqueminam. * Partus enecat. Atra bilem purgat. *Dioscor.*

*DE VINIS PURGANTIBUS AQUAM.**Vinum ebullatum.*

B Grana ebolorum quando sunt matura, decoquuntur, & proprio tempore vendemiarum cum musto: & removeatur ipsuna ebullitionis, donec certa pars fuerit ablupta. In nocte ponatur ad aërem: in crastinum vero per colatorum lineū distilletur, vel per filtrum: demum recipiatur quantitas istius colati, & ponatur in alio musto albo, donec tibi placeat color & savor: & mitatur in vase, & expectetur donec deservescat, & tunc clarificetur cum malaxatione elati ovoidi, & sale, secundum artem. Est simile in operationibus vino de radicibus ebolorum, & magis amabilis: sed non sic operosum. Ventrem laxat: aquam hydropericu per inferna ducit. *Arnoldus.*

Vinum è thymelæa.

C Ramorum thymelæa cum suis foliis & fructu trigesima drachmas mittere in congos tres musti, & levi igne coquito, donec congiu duo superfluit: defecatur, & recondito. * Aquosa purgat excrements, & hennem ablumit. *Dioscor.*

Vinum è chamelea.

Chamelæa dum floret, cum foliis tusa, & cibrata, decem drachmarum pondere in multi cęgiu additur: post duos menses vinum in vas transfertur. * Aquæ inter cutedem, hepaticis, & laetitudine contractis, efficax est: item mulieribus, que à partu æge purgantur. Chamælynum hinc modo fit, ad eadem conveniens, utnam quoque ciet. *Dioscor.*

Vinum Muralti ad hydropem.

R. Rad. quinque aperientium,
Glycyrrhize, Cort. rad. Cappar.
Cort. med. Fraxini ana 3 j.
Rad. Iridis recent. Calami aromat.
Cinnamomi ana 3 fl.
Capil. Veneris, Cicerach, Fol. Tamarisci,
Flor. cordialium ana M. j.
Absinthii Pontic. Cardui benedicti,
Hyssopi, Pralii ana M. b.
Sem. Avisi, Apri, Ameos, Foeniculi ana 3 j. b.
Senæ 3 ij. Ligni guajaci limati 1b j.
Sacchari 1b ij.
Vini genero 1b xl.
Misce, & serva in vase obturato. *Muraltus.*

Vinum absinthite purgans aquas.

R. Absinthii M. b.
Cardui benedicti,
Agrimonie ana M. j.
Asplenii, Ericæ, Verbenæ ana M. b.
Rad. Iresos Florent. 3 j. b.
Rad. Capparorum, Asari, Polypodii ana 3 fl.

Rad. Cichorii 3 j. β.
 Rad. Foeniculi 3 j. Rad. Apii 3 β.
 Sem. Foeniculi, Apii, Petroselini,
 Anisi ana 3 j.
 Calami aromatici, Cinnamomi ana 3 ij.
 Sena 3 j. β.
 Soldanella M. ij.
 Rad. Iris concisa 3 ij.
 Turpeti concili 3 v.
 Vini albi generosi, in quo chalybs ignitus sa-
 pius fuit extincitus Tb xvij.
 Misce. Utere alterius diebus, initio pastus pocu-
 lum unum. *Eraslus.*

DE VINIS PURGAN- tibus humores mixtos.

Vinum Hippocraticum laxativum.

R. Efulz Tb j. Epithymi 3 vj.
 Polypodi, Cinnamomi, Padicularum ana 3 β.
 Maltis, Zingiberis, Zedoariae,
 Caryophyllorum ana 3 j.
 Sacchari quantum sufficit.
 * Contra quartanam, quotidianam & tertianam
 notham valet: concoquit & preparat humores,
 & eosdem mox per alvum educit. *Arnoldus.*

Nectar laxativum.

R. Rhubarbari electi 3 β.
 Agarici opt. 3 j.
 Cinnamomi electi 3 ij.
 Cubebarum 3 j.
 Sem. Foeniculi, Anisi ana 3 ij.
 Spicae Indicae 3 j.
 Zingiberis 3 β.
 Vini optimi Tb vij.

Ferveant omnia lege artis in duplice vase per ho-
 ras sex. Deinde permaneant in infusione per ho-
 ras duodecim. Postea fiat fortis expreßio, & co-
 lentur per saccum mundum sexies, aut septies.
 Tandem adde sacchari puri, & albi dissoluti Tb 1 β.
 & fiat in modum Nectaris. Dosit potest esse pro
 adultis ad 3 iv. Pro infantibus ad 3 ij. Una autem
 uncia hujus syrapi sumitur duobus cochleari-
 bus mediocris magnitudinis. *Ranzovius.*

Vinum nostrum guajacum purgans.

R. Ligni guajaci incili Tb iv.
 Cardui benedicti M. vj.
 Adianti, Scolopendrii, Flor. Borraginis,
 Buglossae, R. ad. Cichorii ana M. ij.
 Beronice, Lupulorum, Cort. Tamaricis,
 Epithymi ana M. j. β.
 Polypodi 3 j.
 Seminis Carthami Tb j.
 Seminis Anisi 3 ij.
 Foliorum Sena Tb j.
 Hellebori nigri 3 j.
 Turbith 3 ij.
 Cinnamomi electi 3 vj.
 Macis 3 j.
 Nucis moschatae, Caryophyllorum ana 3 β.
 Calami aromatici 3 ij.
 Incidenda incidentur, contundenda contundan-
 tur crastis, in sacculo ligentur, suspendantur in

A cado vinario mundo apte capacitatis, superin-
 fundendo musti optimi Tb c. omniaq; sic mace-
 rari finito, donec defervescat, clarumq; evadat,
 &c. * Curat morbum Gallicum, & alios innu-
 meros morbos. Dantur 3 v. vel 3 vj. mané sto-
 macho jejunio.

Vinum purgans, nostrum.

R. Absinthii M. j.
 Centaurii, Cardui benedicti,
 Quinquefolii ana M. β.
 Gentianæ rad. 3 β.
 Sena 3 ij.
 Rhabarbari 3 vj.
 Agarici 3 β.
 Rad. Mechoacæ 3 j.
 Spicae Indicae,
 Zingiberis ana 3 j.

Incisa omnia in facculo linteo mundo ponan-
 tur, superinfundendo vini albi boni mensuram
 unam. Capiat aeger poculum dimidium, stomacho
 jejunio. * Febris tertianas spurias radicitus
 tollit.

Claretum purgans.

R. Ruscii, Asparagi, Acori,
 Foeniculi ana 3 ij.
 Sem. 4 frig. majorum ana 3 ij.
 Sem. Endivie, sem. Cichorii, sem. Scariolæ,
 ana 3 j.
 Turpeti 3 β.
 Hermodactylorum 3 x.
 Polypodii quercenti, Fol. senae ana 3 ij.
 Zingiberis 3 j.
 Vini albi Tb vij.
 Sacchari, ad placitum.
 Fiat claretum. *Henricus Wolffius.*

Claretum laxativum.

R. Fol. senae Alex. mundat. 3 j.
 Rhabarbari electi 3 j.
 Agarici opt. 3 ij.
 Cinnamomi electi 3 j.
 Hece omnia miscantur in duobus sextariis vini
 optimi, ac in loco calido ponantur per horas ii.
 Deinde colentur per lancum faccum septies, &
 postea addatur sacchari albi Tb β. & bene mi-
 scetur. Quotiescumq; igitur qui se purgare vo-
 luerit, sumet dimidium sextarium hujus potio-
 nis. Reliquum in vitro bene obturato servabit.
Fridericus N. Medicus Regu Danie.

Claretum laxativum pro delicatis.

R. Vini optimi Tb iv.
 Polypodi, Mellis ana Tb β.
 Galangæ, Caryophyllorum,
 Cinnamomi, Zingiberis ana 3 β.
 Agarici 3 ij.
 Sena 3 vj.
 Piperis, Cardamomi ana 3 j.
 Bulliat polypodium coctum cum vino & mel-
 le ad consumptum tertiae partis: deinde alia
 purgantia addantur, colentur per fac-
 cum bis, vel ter.